

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Lorenz Bodock

**Monumentum Aeternae Memoriae ergo Dn. Henrico Schuckmanno, ICto
celeberriomo ... Dn. Collegae, & Compatri honoratissimo**

Rostochi[i]: Richelius, 1656


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777421712>


Druck Freier  Zugang



Bodock, L.
in
H. Schuckmann.
Rost. 1656.







17095, 0.

MONUMENTUM
Æternæ Memoriæ ergò
DN.
HE N R I C O
SCHUCKMANNO,
JCto celeberrimo,
& Antecessori in hâc Academiâ
Rostoch. primario, ac incompara-
bili; Consistorii Ducalis Assessori
gravissimo,
DN. Collegæ, & Compatri
honoratisimo,


P. P.

LAURENTIUS BODOCK, Phil. J. U. D.
Orator: Professor, Collegii Philo-
sophici SENIOR.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senatus Typogr.
ANNO cœ iœc LVI.



Iqvâ fortè subis MONUMENTUM
hoc, siste Viator,
Siste gradum, qvæso, perlege qvæq;
vides!

Hunc PIETAS, hunc prisca FIDES, SAPIEN-
TIA vera;

VIRTUTUM QVE Chorus jussit obire
necem:

JUSTITIÆq; tenor, GENIUS, veneranda
SENECTUS

Hunc, GRAVITASq; decens jussit obi-
re necem;

SPIRITUS hunc ingens, nec non FACUN-
DIA lingvæ,

Hinc VARNIQVE STUPOR jussit
obire necem,

Qvæ-

Qværis, qvi fiat? Superosea cura fatigat
Corpore in humano hæc non habi-
tare benè;
Scilicet his labor est, UNITA HÆC, cor-
pore in Uno
Non voluisse SOLO, sed voluisse POLO.



Heu nimium fera mors! ulli sic parcere nescis?
Sic sine lege ruens cuncta dolore replet
Non tibi sat, passim tela inter Martia qvod nu
Tot correpta ferox corpora fundis hum
Qvin etiam nostris fato crudelis ab oris
Auffers canitie, tum pietate gravem.
Heu luctus! dolor ah! fors o fera! flebile fatu
Hei casus subitos, ancipitesq; nimis!
O Cives, Cives! largos hinc spargite fletus
Qvod cecidit Patriæ fida columna meæ.
Sed, qvanquam cecidit, cecidit tamen haud per
Nam latus coeli gaudia vera capit.

Lugens mærens
Felix Fidelerus, Rost. SS.

EPITAPHIUM

Gravissimo Seni

DN. HENRICO SCHUCKM

exstructum.

Nil legit hic tumulus, lector, nisi corporis ossa,
Extremo qvod erit, ut fuit ante, die.
Scis cujus fuerit? SCHUCKMANNI, nomine c
Qviq; fuit totus candidus atque pius.
Qui dum vivebat doctus, virtutis amator,
Magnus præclaræ fautor & artis erat;
Et jus tractabat, legum Jurisq; peritus,
Qvo mundus regitur dirigiturq; bene;
Justitiaeq; pio coelestis amore ferebat
Mille viæ casus, tædia mille senex.
Hic periiit. Sed quid? Virtus non passa perire est.
Spectatæ vitæ nam fuit atque piæ.
Si pius, haud periiit, summo sed in æthere felix
Vivit, nam requies mors solet esse piis.

*Euanthes ap
Michael Cordes / Rost. SS. Th*
B

